

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2327

Autre(s) référence(s) : Round 482

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1171, mars-1171, décembre]

Lieu d'émission : Valognes

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II fait connaître l'accord intervenu entre le comte d'Alençon Jean et l'abbaye au sujet de Robehomme, en vertu duquel la garde de Saint-Martin de Troarn passe aux mains du roi.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 834, p. 194.
- b. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, n° XIV, p. 386-387.
- c. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° CCCIX, t. 1, p. 457-458.

Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 482.

Texte établi d'après b

Henricus, rex Anglorum et dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius Normannie, salutem. Sciatis controversiam que versebatur inter abbatiam Troarni et comitem Johannem, hoc modo terminatam esse, scilicet quod abbas Gislebertus et conventus abbacie Troarni clamaverunt quietam comiti Johanni et heredibus suis totum manerium de Reinberthomme et decimam foreste Gufferni de Vinaz, et comes Johannes concessit predicte abbacie decimam thelonei de Montgumeri et tenementum filiorum Roise apud Troarnum et insuper omnia tenementa que continentur in cartis ipsius abbacie, quas habet de comite Rogero, antecessore comitis Johannis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis et in omnibus aliis rebus. Et idem comes posuit prefatam abbatiam in manu mea et custodia et protectione, liberam et quietam ab omni servitio, et ab omni exactione immunem ab ipso et heredibus suis. Et ideo volo et firmiter precipio quod hec compositio stabilis inter eos maneat et inconcusse teneatur sicut superius determinata est et in presentia

mea facta. Testibus Rotrodo, archiepiscopo Rothomagensi, Rogerio, archiepiscopo Eboracensi, Henrico, episcopo Baiocensi, Arnulfo, episcopo Lexoviensi, Richardo, episcopo Constanciensi, Richardo, episcopo Abrincensi, Henrico, abbate Fiscanni, Richardo, abbate de Monteburgo, Richardo, abbate Valatie, Victore, abbate Sancti Georgi de Bauchervilla, Ricardo de Humeto, constabulario, Willelmo de Curci, dapifero, Fulcone Paenello, Willelmo filio Hamonis, Ricardo de Cauvilla, Seihero de Quinci. Apud Valonias.